



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 163. Laurentius Valla damnatus ut hæreticus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](#)

tulit, sed usque ad abdicationem Feli- Sæcul. XV.  
cis in fide Basileensium perficit. A. C. 1447.

§. CLXIII.

*Laurentius Valla damnatus ut  
hæreticus.*

Eodem anno Laurentius Valla Patricius Romanus, & Ecclesiæ ad S. Joannem in Laterano Canonicus Neapoli ab Inquisitoribus pro Hæretico damnatus est. Factum hoc Poggio prolixius enarrat, observans, Laurentium nonnisi beneficio Alphonsi Regis, quem latinas literas docuit, poenam ignis evasisse, nec tamen Regem auctoritate sua impetrare potuisse, quo minus virgis privatum & manibus post tergum ligatis per claustra monasterii Prædicatorum cæderetur. Idem Auctor Laurentium errasse innuit in Mysteriis fidei de Trinitate, libero arbitrio, & Virginitate Sanctimonialium, necnon ad tantam prolapsum fuisse temeritatem, ut magna illa Ecclesiæ lumina- ria, Augustinum & Hieronymum, Boetium, aliasque damnare non dubitaret. Quia vero Poggio cum præfato Canonicco ob latini sermonis elegantiam acres sovebat similitates, ipsius testimonii fides merito suspecta esse videtur, præcipue cum aliis modernus Scriptor totam hujus facti narrationem mere confictam esse

**Sæcul. XV.** esse contendat, ac vel ideo velut fabula  
**A. G. 1447.** lam exsufflandam censeat, eoquod Laurentius Valla Romam redux, constituta  
*Dupin. Bi-* pensione annua Magistri publice docen-  
*bliot. Script* tis munere functus esset, quod certe Ro-  
*tom. 12. in 4* ma non tulisset, si tanta labe notatus,  
*pag. 94.* Neapoli hæreseos damnatus fuisset.

## §. CLXIV.

*Angliæ Rex Cenomanum, Maduanam &c. Gallis reddere compulsus.*

*John. Char-* **C**arolus Francorum Rex, cum Anglo-  
*tier. Histor.* rum vires, auctoritatemque haud  
*Carol. VII.* multum in Galliis sibi timendam esse,  
 probe cognosceret, minori etiam religio-  
 ne eorum amicitiam tueri curabat; cu-  
 jus rei experimentum dedit, dum Angliæ  
 Regem, quoctunque demum etiam belli  
 redintegrandi periculo, ad liberandam  
 promissi fidem compellere statuit. Equi-  
 dem Henricus VI. dum Margaritam Re-  
 nati Andegavensis Siciliæ Regis Filiam  
 uxorem duxerat, Carolo Andegavensi  
 Cenomanensi Comiti Cenomanum red-  
 dere pollicitus est, nihilominus non so-  
 lum vario sub obtentu urbem restituere  
 cunctabatur, sed etiam eandem præsidia-  
 riis copiis, quæ ad duo millia ascende-  
 bant, munierat; quoct circa Rex Carolus  
 urbis obsidionem Comiti Dunensi com-  
 misit, ipse vero Lavardini ad Agrum  
 Vin-